

PETRVS DE ALIACO CARDINALIS CAMERACENSIS.



ETRUS de Aliaco dictus natiōe Alemannus vir
fuit in omni genere literarum doctissimus. In
primis uero Mathematicus et Theologus insignis.
Itaque in Astrologia aliquot tractatus scripsit, inter
quos de Parallelis 12, ad hos omnes Ptolomaei Pa-
rallelos reduxit, multaque ipsius interpolauit ac de-
clarauit. Cum autem is uarias quoque supersticio-
nes & plurimos errores in Ecclesia cognosceret, in
ter alia libellum de reformatione Ecclesiæ conscri-
psit, & anno 1414 Concilio Constatiensi dijudican-
dum reliquit. Hunc Romam uenientem pontifex
cardinalem creauit, & multis honoribus affecit.
Quid autem clarissimi huius uiri graues admoniti-
ones effecerint, euentus postea declararunt. Huius libelli Basileæ tandem e-
ditio sunt anno 1551, Volat, in Anthropolog.